

Teki Jarochowskiego
t. XXV.

Des Preußischen Ministri, Freiherrn von Posadowskÿ auf dem Reichstage zu Warschau ao 1720 tramirte Intriguen betr.



Die 9. Januarii
Sessio Septima

Dn. Mareschallus Ordinis Equestris conquestus super jactura temporis per ortiduum inutiliter [illegible]si, innuit, hesternam Sessionem hasisse in delegatione ad Dn: Culinae M. D. Litth: Praefectum, requirendum, de ~~restitione~~ restitutione activitatis: Relationem igitur hujus delegationis requisivit.

Relationem hanc D. Godlewsky faciens: Drum Praefectum Culinae M. D. Litth. adhuc urgere inquit, ut Collega suus ad Conclave admittatur, non tamen ita activitati Nunciorum obsistere velle, ut publicae Regni negotia dispositive tractari non possint, promittens, se cum eodem sensu cras in Conclavi compariturum addidit referens porro, eundem Praefectum desiderare, ut Conclave Nunciorum medium aliquod accommodandae praetensionis suae suscipiat, ac vel maxime, cum laesum se esse conqueratur in justitia distributiva, innuendo, Capitaneum Vilkenensem alteri destinatum. Id ipsum in relatione sua comprobavit Dn. Siewicz Notarius Decretorum M. D. Litth., addendo, quod cum ipsum multis rationibus a contradictione permoverent, nec efficere potuissent; uti coram ipse manifestatus est, ita et nunc manifestatur, se non posse consentire in restitutionem D. Piotrowsky.

Hanc relationem sequebantur Discursus variorum, non decere Drum Praefectum Culinae M. D. Litth. ex causa privata injuriae, aut pretio justitiae distributivae publicis Consiliis obesse.

Dn Suc Camerarius Regni Supremus, intulit, quod, cum Princeps Dolhoruky sibi tempus destinari postulaverit, ut se ad conferentiam praeparet, ideo suasit, ut ipsi quoque Deputati ad hanc Conferentiam delegati super punctis eidem propenendis (sic!) inter se conveniant. Et ocassione Tractatus Viennensis, cum quo non abrupte adhuc providendum censuit, suasit, ut veluti ad Czarum missus est Legatus, ita expediatur quoque ad

Caesarem ~~Zarem~~, innuens, hujus Legationis non modo publicas, sed et privatorum adesse necessitates, sc: violentia facta a Caesareis in bonis Dom: Capitanei, Bobryczensis, tum et in suo Capitanentu Ostinensi, cujus notabilis terrae portio ad Silesiam confinat. Addidit, inventis tales, qui suo sumptu Viennam pergerent.

Dn. Suc Camerarius Varsaviensis Loschi censuit, silentio praetereundum tractatum, ne circa examen illius exacerbationes, aut Vicinarum Potentiarum offensae suboriantur. Sed in locum hujus materiae suasit, formare Projectum externae securitatis et assecurationis, forti manu, limitum.

Pro restitutione activitatis instabat Suc Camerarius Cremensis D. Ledochosky, pro ultimaria declaratione delegandum adhuc ad D. Zalusky svasit, utrum restituere activitatem, an rumpere Comitia intendat? Addens, non debere teneri sortem publicum inter invidum et malum, nec decere, taliter pertinacem fieri ob amorem vacantiarum, quas aliter mereri expedit.

D. Pocillator Brestensis Cujaviae, ut Cancellaria communicet habitas cum Pe Dolhorucky, conferentias, et Responsa eidem data, postulabat.

D. Notarius Lublinensis suasit, formandam legem contra Tractatum eumque nullum declarandum.

D. Dembrowsky, Vexillifer Vilkomieriensis censuit, ante omnia formandum Projectum securitatis internae et externae.

D. Lubomirsky, fuit contrarius, ut projectum de Tractata formetur ante Conferentiam cum Principe Dolhoruky.

D. Tarto sub Dapifer M. D. Litth. reprobando Tractatus, qui sine scitu et Facultate Reipublicae fiunt, svasit lege positiva praecavere, ne in posterum similia fiant. Interim in casum rupturae Comitiorum svasit, ut D. Mareschallus Ordinis Equestris contra hunc Tractatum manifestationem videndam actis publicis inserat. Si vero Comitia feliciter terminabuntur, tunc Constitutio ex mente Reipublica formabitur, et videnda abolebitur, praecavendo, ne Respublica bello involvatur. Dn Culinae M. D. Litth. Praefectum dixit,

scandalose egisse, quod gratias justitiae distributivae extorquere a S^a R^a Maj^te, non mereri ambiat.

D. Wysochy projectum securitatis publicae legendum esse censuit.

D^n Notarius Vilnensis contrarium D^no Obzny Lubomiersky sentiendo, censuit, ut projectum in quaestione praecedat Conferentiam Principis Dolhoruky, ut ei pateat mens Reipublicae, Subsumsit in contrarium D^n Obzny Lubomiersky, dissvadendo, ne legatur ante Conferentiam, allegans, quod expediat, Rempublicam prius audire propositiones Principis Dolhoruky, ex quibus intentionem Principalis Ejus audeat, utque tanta facilitate nostra non abutatur.

Id ipsum sensit D. Karwowsz ~~Poll~~ Pocillator Visnensis, disvadendo ut legatur, ne sc: Princeps Dolhoruky exploratam Reipublicae habeat mentem, dum sua ignoratur. Censuit, differendum hoc Projectum ad plenam activitatem: hunc vero ut Sessio solvatur, institit.

Et soluta in crastinum.

Die 10. Jan:

Sessio Octava.

Mareschallus Equestris Ordinis, expressit, hujusque Conclave Nunciorum otiosum fuisse, ex eo, quod anima deerat activitatis, quam ut D. Praefectus Culinae M. D. Litth. integrum restitueret, expetierat: Quia vero Deputati ex Senatu ad Conferentiam cum P^pe Dolhoruky, debeant primum inter se convenire de modo et gradibus hujus Conferentiae, ideo et ex Equestri ordine ad hoc Colloquium ~~Colloquiem~~ invitabat; eosque Provincialiter legebat, innuens, jam horam imminere colloquio designatam.

Deinceps data est permissio loquendi D^no Praefecto M. D. Litth. ad declarandum. Declaravit itaque, ~~ut inveniantur~~ se restituere activitatem, sed simul petere, ut inveniantur modi satisfactionis Terrae Villnensi, quatenus ille in Comitiolis Relationis evictionem terrae suae apportare possit.

Promovit deinceps varia puncta 1mo projectum securitatis publicae 2do: autoritas Ducum, ut circa jura sua conservetur 3° ut exercitus Reipublicae

constet ex nobilibus, signanter officiales, neque extraneis contra novellam Legem munia conferantur.

Sub Camerarius Grodnensis promovebat projectum respectu alternatae, sed ab aliis impediebatur ne legeret.

Notarius Vilnensis actis gratiis D^no Praefecto Culinae M. D. Litth: pro restituta activitate appromisit, se velle sustinere inter esse Terrae Vilnensis, sed simul innuit, publicas primum materias expedire. Instabat, ut projectum Securitatis legeretur.

Pocillator Visnensis innuens, sapientis esse, mutare consilium in melius, contradictionem quam heri obtendebat, ne projectum securitatis legeretur, hodie retraxit, et ut declaretur, instabat. Insuper suasit expediendam ablegationem ad Imperatorem, non propter ratificatione Tractatus in quaestione, sed propter manutentionem amicitiae ipsius. Interim adduxit plurimas constitutiones, easque reassumendas censuit, in quibus cautum est, ne belli Duces, neque quisquam e Civibus debeat inscia et inconsulta Republica bella inchoare, Tractatus concludere, Colligationes inire Correspondentiam cum Extraneis Principibus habere, aut denique Legationes mittere.

Sub Camerarius Potocensis, censebat, non ex se esse, ut Projectum Securitatis ante Conferentiam cum Principe Dolhoruky declaretur, asserens, ipsum quoque Tractatum Viennensem tanquam Projectum respectari.

Judex Nurensis suasit, legi immediate Projectum respectu alternatae Litthuaniae, illud vero, respectu Securitatis post Conferentiam cum Principe Dolhoruky.

Ejusdem fuit sententiae D^nus Jarniesky nuncius Rosanensis.

E contrario Notarius Varsawiensis suasit, illico legendum Projectum securitatis.

D. Tarto sub-Dapifer M. D. Litthuaniae instabat, quatenus D. Sub Camerarius Potocensis non remoretur projectum securitatis, in cautelam, ne similia in posterum tententur, innuens, obturandum hac Constitutione os Principis Dolhoruky. Item, calculum cum Thesauro accelerandum, suasit, addens, quod circa rationes ipsius patebit, qua de causa D. Palatinus Masowiae tam vero iter inivit, et quod non acceperit hoc, quod Respublica ipsi destinaverat: instabat, ut ipsi detur securitas, quo reliquum etiam recipiat.

Resumsit Sub Camerarius Potocensis, se non credere, obturandum Principi Dolhoruky

os,

os, Projecto Constitutionis, sed se censere, esplorandam prius mentem, nec consumendum tantum temporis super disquisitione Tractatus Viennensis, qui ignoraretur.

Sub-Camerarius Cremecensis D. Ledochosky in satisfactionem Terrae Vielnensis proposuit, ut pro futuris Comitiis tres nuncios habeat, sed ut omnes Catholici. Innuit, non esse id prudentis perspicatiae, nolle audire projectum, et ignorare quale sit? nam, si bonum est, approbabitur, si malum, corrigetur: addens, indecorum esse, salutem nostram ad alienum referri arbitrium: Num quid alter, et non nos ipsi nos salvere debet, numquid Princeps Dolhoruky de nobis et non nos ipsi nobis consulemus? Instabat, legi Projectum. Hoc, et aliorum ejusmodi discursu commotus D. Sub Camerarius Polocensis, Projectum in quaestione legi permisit, prae cavens, ne ex Senatus Consiliis Clarigatio belli unquam fiat.

Necavit, adhuc legendum judex Nurensis, sed alter Pocillator Cemensis institit, ut legeretur. Vexillifer Drohiciensis desiderabat, ut Originale Tractatus produceretur, et tum demum Projectum formetur.

Reposuit Pocillator Visnensis, quod, si deberet formari judicium, tum temporis possit requiri originale. Conferentiam cum Principe Dolhoruky non debere habere ullam connexionem cum Imperatore, censuitque, non esse faciendos scrupulos inter Potentias, a quarum vicinia nullo passu removeri possumus. Projectum suasit legendum.

D. Niemiera obstitit: Sed e converso D. Komnecky instabat, ut legeretur.

D. Lubomiersky Obozny non nisi post Conferentiam legendum censuit.

Sub Camerarius Polocensis cum aliis legendum urgebat. Subjunxit D. Niemiera: salva approbatione aut retractatione illius post Conferentiam.

Tandem lectum.

Post haec Sub-Camerarius Polocensis, qui deliberabat, duplex Consilium dat, expetiit sibi deliberationem super hoc projecto, atque Copiam ipsius.

Pocillator Siradiae petiit D^num^ Sub Camerarium Polocensem, ut illi assentiatur et ulterius procedat.

Capitaneus Zakroczimensis suasit, standum Projecto, et contra Tractatum manifestationem faciendam. Tum calculum cum Thesauro expediendum, atque delegandum ad Imperatorem ex Equestri ordine.

Sub Camerarius Varsaviensis approbando pariter projectum, innuit, legem debere esse justam brevem et claram. Suasit, bene utendum tempore, ac decidendas consiliorum inter se curas. Videlicet Conferentiam, calculum, correcturam Tribunalis; Projectum Litthuaniae et alia, credens, eo facilius se ad finem properaturos.

Capitaneus Nurrensis ad allegatas in Projecto Constistutiones censuit addendam Lublinensem aï. 1703 intulit etiam, ut in locum Dm̃ Puzinae notarii supremi M. D. Litth: qui cum Palatino Masoviae in Moscoviam expeditus abiit, substituatur alius, ad formandas Constitutiones. Praecavit, ne allegationes ex senatus consiliis expediantur.

Tandem lectum est aliud Projectum de alternatis M. D. Litthuoniae, ad quod ut addatur alia clausula sequens D. Karwowsky instabat, videlicet Exceptis Electionibus, Coronationibus, Convocationibus et extraordinariis Comitiis quae non sequuntur alternatam. Voluit insuper, ut Comitiis certus et fixus determinetur locus, sc: Varsavia et Grodna.

Capitaneus Visnensis obstitit surrogationi in locum Dni Puzinae faciendae.

Post haec Mareschallus Equestris ordinis sciscitabatur, utrum sit consensus omnium, ut ad formandam correcturam Tribunalis Deputatos nominet. Expetitae Voces.

Sub Camerarius Polocensis censuit Tribunalia satis regulata fore, modo instituto Zamoscic insistant, et quatenus conscientiosi Deputati seligantur.

Capitaneus Brestensis Cujaviae innumeros abusus et inconvenientias Tribunalium esse dixit, fortiterque correcturam urgebat.

Iterum Mareschallus interrogabat assensum? Responsum es per verbum: Placet.

Deputati igitur sunt septem ex Provinciis ad formandam correcturam Tribunalium quam Regni, tam M. D. Litth:

Capitaneus Nurrensis petiit, eum in finem destinari Sessiones Provinciales: Sed ipsi repositum est, debere easdem a S. R. Majte expeti.

Capitaneus Lidensis D. Serpio praetendebat surrogationem in locum D. Puzynae Notarii M. D. Litth. Reposuit Sub Camerarius Cremocensis, posse procedere absque hac substitutione, idque exemplis probavit.

Capitaneus Visnensis instabat, quod si substituti alius deberet, ut frater ejus Capitaneus Upitensis substituatur.

Referendarius M. D. Litth. petiit, designari locum, ut correcturum formare possint.

Post haec Pocillator Visnensis intulit: Quodnem circa subscriptionem Comitiorum Grodnensium variae obortae sint manifestationes, ideo censuit, expedire, ut Respublica hoc nunc examinet, eo magis, qui non nulla in Constitutionibus inveniuntur, quae in stuba Nunciorum non agitantur. Imo in Constitutione de expeditione Nobilitari, ubi de Bonis Ecclesiasticis, additum est Juris Terrestris, in quo puncto Nobilitas habet gravamen; qua in re sensum fusius explicandum reservavit, declarans, se non desistere, donec error corrigatur.

IIdo de Bonis Neoburgicis, talis tantum modo in stubu Nunciorum fuit mentio, ut praedicta bona tanquam Terrestria sint libera a locatione Satellitum Regiorum. In constitutione vero causa est Securitas bonis Principissae Neoburgicae et successorum Hinc Princeps Sultzbacensis, qui duxit Principissam Neoburgecam, etsi indigenatu careat, jam pro successore agnoscitur. Ac proinde instabat, importantiam hanc in Consideratione habendam, innuens, materiam hanc in antecessum cum discrimine etiam Comitiorum manutenendam esse, et eodem vigore nunc promovendam suasit, donec medela inveniatur.

Dnus Tarto Subdapifer M. D. Litth. declarans, quod nolens habere oneratam conscienteam debuerit circa subscriptionem manifestare, asserens, se non audivisse assensum omnium super iis, quae in Constitutionem irrepserant. Dn Potochi Capitaneus Belzensis gratias egit Dnis Deputatis ad Constitutiones, quod manifestatione rem salvaverint, declarans, se non resedere, dones satisfactio fiat. Contra Dnum Thesaurarium invehebatur, quod Dn Palatinus Masoviae tam sero itineri se accinserit, econtrario grates referebat Dno Episcopo nominato Cracoviensi erogata de proprio summa. Reliquo retulit: Dissidentes redificare sibi Templum in Belzyce contra

obloquentiam Constitutionum.

Sub Camerarius Siradiensis censuit, hanc illutionem de Constitutionibus referre ad Senatum, si quidem et ex Senatu fuerant ad eosdem Deputati.

Sub-Camerarius Varsaviensis in justificationem suam dixit, se esse, qui hanc Constitutionem in Senatu legit, et paratum esse, juramento comprobare, quod ita legerit, sicut erat scripta nullum immutando jota, qua in re vocavit in testimonium Sencitiensem et Brestensis Cujaviae nuncios. Assenuit, additum fuisse ad satisfactionem Celsissimi Principis Primatis juris Terrestris. Sed pariter a homine reclamatum denique, si non ab omnibus assensum est, crebris murmuribus, quae tum erant, adscribendum est.

Notarius Vilnensis pariter se justificabat, dicens, se scripsisse projectum supra dictum sc: expeditionis generalis ex omnibus bonis terrestribus, Spiritualiby et Regalibus exceptis mensae Regiae, et cum a Cels^mo^ Primate requireretur, quare ita scripserit, reposuisse, quod id fecerit in fundamento Constitutionem M. D. Litth: juxta quas Clerus una cum nobilitate tenetur ad defensionem Reipublicae: non me opposuit /: inquit :/ quando additum fuit Juris Terrestris ignorus legum Regni. Ratione vero Bonorum Neoburgicorum, procet in stuba ipsorum mentio facta, ut sint libera a statione militis Saxonici tanquam bona Terrestria, ita, si per additionem illius verbi: Indigenatus Principi Sultzbacensi deberet intelligi ipse mes se manifestatum declaravit.

Vexillifer Lenciciensis controversiam hanc ad Senatum pertinere, et referri debere censuit, simulque, ut solvatur sessio, instabat; et soluta in Crastinum.

Eodem die in ante Camera Regia fuit Colloquium inter Deputatos in ordine ad Conferentiam cum Principe Dolhoruky.

die 11 Januarii.

Sessio Nona.

D^n^ Mareschallus Or^dis^ Equestris circa inchoationem sessionis expressit diem praesentum non infructuosum fuisse in publicum, optareque successum sequentibus. Interrogabat, quam materiam deliberationi subjiciendam vellent.

Respondit interlocutorie Pocillator Visnensis, discutiendas fore manifestationes ex occasione nonnullarum Constistutionum Grodnensium.

D^n^ Jurewicz

Dn. Jurewicz, projecto securitatis, etsi adhuc sub lima sit, standum censuit, neque exigendas rationes ab eo, qui Tractatum Viennensem confecit, tanquam ab eo, qui a Republica caracterisatus non fuit. Legationem ad Imperatorem mittendam non probavit, ne inducamur in hunc, vel illum Tractatum; instabat, ut Duces jure suo uti possint, ut ipsi, et non alius pretexto consensu Reipublicae mandata expediant. Ad extremum suasit, ut Respublica redeat ad antiquum modum hybernalium pro solutione stipendiorum militi, nam pro nobilitate moderosum onus grave esse asseruit.

D. Sub Camerarius Cremensis suasit, praecavendum lege in futurum, ne confoederationes, quae semper privato laborant odio, et defectum in statum inferunt, audeant assumere nomen Reipublicae. Securitatem limitum alio projecto firmandam censuit, nam illud, quod nuper lectum, diversum est. Ad Imperatorem legationem expediendam suasit, cum contestatione amicitias, et explicatione mentis Reipublicae, innuens, ut quis bene forte possessionatus Provinciam hanc susciperet. Praerogativa belli Ducum, ut non vacillet, censuit, instandum Sae Rae Majti signante, ut praejudiciosum Regimen, Inspectoratum abrogare dignetur, innuens, injuriosum esse Ministeriis belli et Nobilitati, quando Nobiles non ad officium promoventur, sed exotici, quorum plures fere sunt, quam gregarii.

Id ipsum promovebat ratione Ducum Vexillifer Kijoviensis. Bona Spiritualium, quae ex natura sua aut ex Terrestribus, aut Regalibus originem ducunt, ut ad expeditionem generalem pertineant, instabat. De bonis Neoburgicis, quidquid nunc impugnatur, censuit in confuso accidere debuisse.

D. Sub Camerarius Kotmensis, Inspectoratus in militaribus ut abrogetur, instabat, utque belli Duces limites Regni custodiant, de legationibus in Senatu dicere censuit. Contra legationes privatas Constitutiones allegavit, quae praescribunt, ut inculpatus ad Comitia citetur.

Capitaneus Belzensis D. Potocki instabat, ut belli Duces limites custodiant, ne extranei exercitus intrare queant. Ut mandata militaria penes ipsos maneant dependenter a Republica, cujus ipsi servi sunt salariati. In Constitutione de expeditione generali censuit eliminanda haec duo verba

Juris Terrestris, allegans inter alias rationes proventus Ecclesiasticos in tres classes dividi debere ut una sit pro sustentatione Possessionis, altera pro Ecclesia, tertia denique pro pauperibus: hinc ex tertia saltem classe nihil accipere deberet clerus. Ex correcturae occasione intulit, quod quidam Senator dederit mandatum praeteriti Tribunalis Mareschallo, inferens per hoc praepedicium legibus, quod videlicet agitur de securitate, decretorum scribunalitiorum. Reposuit Sub Camerarius Cremensis Dn Ledokosky: Si mandatum est datum a Sa Ra Majte ad judicia Relationum Comitialia et non ad assessionalia, nullum est praepedicium, nec licet conqueri; supremum enim hic est subsellium.

D. Pceps Radzewil Ensifer M. D. Litth: defendendo legationem Dni Comitis a Flemming repraesentabat, Tractatum Viennensem non in detrimentum, sed bonum Reipublicae cessisse, quod per eventum probatur: instabat, modificari Projectum ipsius causa formatum: sed ad hoc fremitus nunciorum subortus est.

D. Vexillifer Lidensis agit gratias his, qui circum, specte manifestationes suos opposuerint Grodnae contra irreptos errores, censuit, ut Dnus Mareschallus subserviat ejusmodi Projecto, utque Secretarius de fidelitate respondeat. Citavit Constitutionem factam sub Sermo Joanne 3tio, qua cautum est, ut Polona, quotiescunque nupserit extraneo, renunciet in patria hereditati. Repraesentabat, bona Neoburgica tertiam fere partem M. D. Litth. exaequare, multaque millia militum ex ipsis posse legi, innuit porro, haec praedicta bona et Constitutioni subjacere debere, declaravit, se velle sistere activitatatem, si error praetensus non corrogatur, et si miles Regius Saxonicus tanquam ex bonis Terrestribus non educatur ex stativis. Intulit insuper, commendantes articem et Administratores in iisdem bonis esse ubique Saxones, qui ignorando Leges nostras, quinimo contemnendo, neque Tribunali neque cuiquam jurisdictioni parere volunt, nullamque administrant justitiam, non modo nobilibus, sed ne integris quidem Palatinatibus aut districtibus. Addidit, quoties nobilis ad commendantem venit, tum sub guardia admissionem expectare debet, et saepe etiam repellitur. Instabat, supplicare Sae Rae Majti,

ut his officiis Patriotae nobiles praeficiantur, et declaravit, se eo usque activitatem stiturum, donec satisfactio sequatur.

Pocillator Visnensis intulit Tractatum Viennensem, prout nostri causa pro Projecto est reputatus, ita per Projectum esse assopiendum. Ad ser^mum^ Imperatorem legationem espediendam censuit accedentibus causis honorem Reipublica promoventibus ratione invasionis Bonorum Ravitz et Capitaneatus Olstinensis.

Auctoritatem Ducum belli manutenendam censuit justa praescriptum Tractatus Varsaviensis, dependenter a Republica. Ratione bonorum Neoburgicorum asseruit extare legem Comitiorum Varsaviensium, quae Grodnae in totum sunt robutae. Censuit, ut Dominus Mareschallus ordinis Equestris suppliciet Sac Rae Majti, ut quam primum ordini Senatorio, quatenus legem praedictam manutenere faciat: errorem de Constitutione ratione bonorum Neoburgicorum in puncto successionis corrigendum censuit, ne potentiores cum tempore constringant Rempublicam. Similiter instabat, ut corrigatur error Constitutionis. De espeditione militari, tanquam bona, quae originem suam probare non possunt, nisi aut e Terrestribus, aut e Regalibus. Mandatum ad respondendum Mareschallo Tribunalitis datum non praejudicat, si ad Comitialia judicia datum, nam Respubl: Domina jurium. Distinctio vero facienda, ne unus Mareschallus pro toto Tribunali respondeat.

Allegavit, estare plus quam viginti Constitutiones de securitate Decretorum Tribunalitiorum, censuitque, ne securitas Tribunalitiorum mandatorum ac Citationum evertatur. Proinde suasit, id quoque in reflexione habendum circa correcturam Tribunalis.

D. Pocillator Siradiensis asseverabat, praedictas Constitutiones, Grodnae tam de Bonis Neoburgicis, quam de bonis Spiritualibus juris terrestris ita fuisse lectas, uti estant in volumine legum, suasitque hanc materiam in Senatu esse espediendam ac discutiendam. In contrarium D. Podstoli Tarto asseruit, se testem esse tanquam tum in officio Deputationis ad Constitutiones, quod in puncto Bonorum Ecclesiasticorum clausula haec juris terrestris nec scripta, nec lecta fuit, similiter et de bonis Neoburgicis non fuit lecta clausula. Successorum,

sed utrumque secus factum est, et nunc instat, ut corrigatur, ne similia in postenem fiant. Addidit, non exiguum in his erroriby latere prajudicium Reipublicae, nam si status spiritualis, cujus potior pars est se subtrates defensioni publicae, actum erit de Nobilitate. Deinde, si super bonis Neoburgicis tam vastis successio extrateneo Potenti agnoscatur, periculum non modo Domui sapiehanae, sed toti Reipublicae imminere posterit. Itaque donec in hoc puncto correctura non fiet, declaravit, se nolle ad ultaenores materias procedere. Adextremum intulit, pati ingunem Jus patronatus regium, ut Respublica modum assecurandi Juris Majestatis adinveniat. Tum ne spirituales Nobilitatem ad Consistoria provocent extra Forum Castrense aut Tribunalia (ubi sunt Registra), non in vanum fori misciti, et compositi indicii.

D. judex Livensis circa Correcturam Tribunalis addidit proponendo, ut Terra Livensis Lublini processus suos expedire possit, et ut sibi more Palatinatus Podlachiae domi deputatum eligere valeat. Intulit deinceps, injuriam fieri Terrae suae, quod officium aliquod non possessionato fuerit datum, petiit satisfactionem per revocationem privilegii.

D. Korbut Nuncius Ossanensis urgebat expediendum calculum cum Thesauro et Artilleria, et deinceps accedendum ad desideria Palatinatuum.

D. Chizarusky Nuncius Brestianensis Litth: declaravit, se nolle ulterius procedere, donec Constitutio de bonis Neoburgicis corrigatur.

D. Vexillifer Drohiciensis promovebat, ut status spiritualis ad defensionem Reipublicae pro expeditione generali militari teneatur. Assenuit Principissam Neoburgicum a successione non posse excludi pro jure Patrio naturali, sed expedire, ut medium inveniatur circumsinbendi successores, quales esse debeant. Ut belli Duces circa jura sua conserventur, ut Nobiles praeferantur extraneis ad officia in exercitu authoramenti externi, et ut alius modus stipendiorum exercitus inveniatur, instabat.

Dn. Mareschallus innuens, se accepisse a conclavi nunciorum, ut apud Sam Ram Majestatem expostulet ratione Bonorum Neoburgicorum a statiis grandiae Saxoniae, eandem expostulationem jam non hodie ab secum tempus

sed

sed cras expedire se asseruit. Interim detulit, D^{llos} Senatores ad correcturam Tribunalis formandam Deputatos, locum huic operi apud P. P. Capucinos praefixisse, quo Deputatos ex conclavi nunciorum destinatos invitavit. Et post haec solvit sessionem in crastinum.

Hoc die fuit extram Conferentia cum P^{pe} Dolhoruky Ministro Czareae Majestatis.

Die 12. Januarii.

Sessio hujus diei tum propter formandum Projectum correcturae Tribunalis, tum ob indispositiones ordinis Equestris Mareschalli fuit praeterlapsa.

Hoc die Deputati, ex Senatu et ordine Equestri ad conferentiam cum Principe Dolhoruky, iterum convenerunt in ante camera Regia, ibique Protocollon conferentiae peractae a secretariis in scriptum redactae confrontabant.

Die 13. Januarii.

Sessio Decima.

Mareschallus ordenis Equestris adhuc valetudinarius excusabat omissionem sessionis hesterrae et simul obsequii publeci ob indispositionem sanctatis, ob quam non potuit ad S^{am} Regiam Maj^{tem} deferre ea, quae ipsi conclave commiserat. Detulit etiam, D^{num} Supremum Regni Thesaurarium invitare ad calculationem die Lunae proxime, cui actui locum apud P. P. augustinos designatum nunciavit. Demum innuens, potiorem nunciorum partem correctura Tribunalis lassatam respirio indigere, sessionem ad Diem lunae lemitavit.

Circa lemitationem sessionis conclamorunt nuncii luoniam Thesaurarius M. D. Lith. ad dandas Ministerii sui rationes non compareat lege praecipiente, Ministerium ipsius pro vacanti, alii ut traderetur, urgebant.

Hoc die continuatum est projettu correcturae Tribunalis.

Die 12. January.

Dies Dominica vacabat.

Die 13.

Sessio undecima.

Mareschallus Nunciorum circa inchoationem sessionis desiderans, ut omissco praeteritarum sessionum maturioribus consiliis compensetur, interrogat quid agentum velint,

utrum relationem conferentiae cum Pe Dolhoruky an Projectum correctionis Tribunalis perpendere.

Conclamatum, accedere ad relationem. Itaque Referendarius M. D. Litth. facto brevi Discursu Relationem praefatam conferentiae in scripto legit.

Post lecturam exposuit D. Mareschallus ordinis Equestris desiderare Responsum Sa Ra Majest. ab ordine Equestri, tum et desideria illa, quae servire debent ad supplementum instructionis Dno Masoviae Palatino datae.

Denique gratias egit Dnis Deputatis ad conferentiam pro tam laboriosi in publicum obsequio.

Dein subsequebantur voces.

D. Obozny Lubomiersky ut Supplementum ad instructionem scriberetur sive in stuba Nunciorum, sive in Cancellaria Regni assentiebat, dummodo ipsis communicetur.

D. Dunin Regens Cancellariae regni majoris ad purgandum se ab illa impostura, quam illi Pceps. Dolhoruky in conferentia objecit, explicat ample in conclavi, quod non alium in finem missus fuerit Viennam a S. R. Maj. quam ut gratias Caesari ferret pro declarata Sma Ducissa Austriae in connubium Smo Principi regio, id quod documentis authenticis simul, atque juramento comprobare declarabat.

Responsum: Dari fidem intaminatae ejus fidei

Dnus Dapifer Pravensis suadebat auctionem exercitus, rationem artelleriae, tum et manifestationem faciendum contra Tractatum Viennensem. Pocellator Vistrensis D. Tiarwowsky intulit. Etsi Sua Cza Maj. per Ministru suum non faciat nos securos recuperandae Livoniae, et aliorum a corpore Reipublicae avulsorum nehilominus remittendo nos ad expeditionem Dom: Palatini Maesoviae videtur spes nostras muliere. Cui Palatino, quia supplementum ad instructionem mitti desideratur, ideo petiit, connotari bona in Litthuania, quae Princeps Mezikof in Possessionem praetendit, videluet Capituneatum orssanensem. Quod vero a nonnullis non probetur ablegatio ad Augustissimum Imperatorem, ne sc: Respublica in aliquam novam collegationem pertrahatur, ipse Pocillator contrarium se huic opinioni dixit ex rationibus sequentibus.

1mo Quod ablegatus ille instructus erit debite, et ultra instructionem nihil poterit nec debebit attentare, ac per consequens praejudiciosum passum facere non

audebit

2do. E re Reipublicae esse, gratias agere per hanc obligationem S^{ae} Caesareae Maj^{ti} pro Cura erga Polonium, quae eventu prospero probatur, cum jam Moscos non habeamus.

3° Deprecando a S^{a} Caesarea Maj^{te}, quod Tractatus Viennensis factus sit contra jura nostra: declarando insinuit, quod Collegationem cum S^{a} Caesarea Maj. semper exoptemus, quodque eandem non subterfugiamus, sed servatis juribus nostris. Ratione vero injuriarum in bonis capitaneatus olstinensis, tum et capitanei Bobruscsiensis, sufficiens reremedium credebat commissionem.

Quod vero attinet puncta illa: unum intuita Expeditionis generalis Nobilitaris, alterum respectu Bonorum Neoburgicorum, contra quae Deputati ad Constitutiones manifestati sunt, suasit, aut interrogandos D^{nos} Deputatos, num recedant a Sua manifestatione, aut ipsas constitutiones eliminandas, alias non erit /: inquit :/ fides legibus: ac provinde declaravit, se velle sistere activitatem, nisi modus reparationis inveniatur.

Interim censuit supplicare R^{ae} Maj^{ti}, ut in satisfactionem legis publicae in toto reassumtae faciat abire milites suis et bonis Neoburgiis.

Quia vero illatio facta est, ut contra Tractatum Viennensem manifestatio extendatur, ipse pocillator et hoc non approbavit neque ex convenientia, neque ex circumstantiis, cum pax sit ab intra tranquillitas ab extra, et dum Projectum de super Constitutionis actualiter sit sub manus addidit, manifestationem tratere post se dubium amicitiae et pacis, nobis vero tempore et conjuncturis bene uti, expedire. Ceterum instabat, ut auctoritas Ducum eorumque Praerogativa manu teneatur juxta praescripta Tractatus et Comitiorum Varsaviensum.

Capitaneus Lidensis D. Scipio exaggerabat, parvum ad esse emolumentum ex conferentia Principis Dolhorukij, unde dubia spes avulsorum patuit. In omnem eventum Comitiorum censuit faciendam manifestationem contra Tractatum Viennensem. Instabat fortiter supplicare S^{ae} R^{ae} Maj^{ti}, ut bona Neoburgica liberentur a guardia Saxonica, utque illi, qui contributiones exigunt, exemplariter puniantur, allegans, perire per hoc regularia militi Domestico stipendia. Instabat fortiter, ut potestas Ducum quoad commendam super exercitum sit independens.

Subcamerarius cremensis exagerans, nullam dari certitudinem ex conferentia Ppis Dolhoruky, instabat, expediendum quanto ocyus supplementum Dno Palatino Masoviae, in quo exprimendum, quod Tractatu Viennensi nos non teneamur, utque hoc supplementum praeparetur quanto ocyus in Cancellaria. Interim instabat supplicari Rae Majti, ut bona Neoburgica conservari faciat circa eorum immunitates lege cautas.

Post haec Mareschallus Equestris ordinis interrogabat, an sit consensus omnium deferendi praemissa omnia Sae Rae Majestati. Responsum per verbum Placet. Addidit Capitaneus Lidensis, ut in assistentia Dni Mareschalli adderetur unus ex Provincia. Sed hoc alii non probarunt, fidendo Mareschallo: ipse vero Mareschallus proposuit Capitaneo Lidensi, ut hanc functionem obiret.

Dn Ossolinsky Thesaurarius curiae regni censuit, referendam ad Senatum illationem respectu auctionis militiae. Ratione belli Ducum, dixit, non posse eos conqueri, quod aliquod muneris sui praepidicium patiantur, cum D. Feld Mareschallus faciat omnia dependenter a Dno Castellano Cracoviensi, in cujus potestate est, commendam ei adimere, et alteri dare, prout Grodnae hoc deductum est. Sed hoc etiam ad integros Reipublicae status referendum esse censuit. In puncto Bonorum Neoburgicorum suasit, id deferri ad Sam Ram Majtem, sed simul ~~promabit~~ probavit nullum extare jus, quod successores usu fructu carere debeant, utrum de lumbis descendentes an collaterales, subesse arbitrio Reipublicae.

Ratione Constitutionis de expeditione generali, sustinebat, ita eam lectam esse, uti extat in typo, nec debere praejudicare, si quis eam non audierit. Manifestationem contra Tractatum non probavit.

D. Capitaneus Nurensis instabat, ut Sa Ra Majtas expedire velit Varantias. Id ipsum fortius urgebat D. Stembochi Capitaneus Brestensis Cujaviae, ut dispositio vacantum sit ante conjunctionem cum senatu.

Item ne administratores oeconomiarum sint exotici contra D. Bluhmenthal administratorem oeconomiae Samboriensis querebatur, quod legem non noscat, neque audiat, et quod Palatinatui sal non extradat: item instabat, ne in exercitu sint extranei officiales.

Pocillator Brestianensis Cujaviae institit, ne sigillum camerae cubicularia sit in manu extranei.

extranei.

Post haec D. Mareschallus collectis praemissis illatio nibus easdem legit, et interrogavit, an sit consensus omnium easdem deferendi ad S^am^ R^am^ Maj^tem^, et cum Ministris status simul expostulandi.

Conclamatum per verbum Placet.

Eodem die Serenissimus judicia sua habuit in Senatu.

Puncta coxertata in Conclavi nonciorum die 15. Jan. 1720 ad S^am^ R^am^ deferenda.

1°. Subsistintia Militis Saxonici in Bonis Neoburgicis, et extorsio contributionis ex uno fumalizo tymphonum.

2do Ratione bonorum a P^pe^ Menzikow in Litthuania ivemptorum, ac praecipue Capitaneatus Orssanensis juris-dictionis.

3^tio^ Interesse D^ni^ Capitanei Bobrugrensis, et D. suc Camerarii Regni qua Capitanei Olstinensis ad Aug: Imperatorem respectu avulsionis fundorum.

4to Interesse D^ni^ Karwousky nuncii Podlachiae intutta avulsionis Villae per Ser^mum^ Principem, Electorem Brandenburgicum.

5to Supplementum legationis ad S^am^ Cz^am^ Maj^tem^ cum expressione particularium desideriorum quae quisque Palatinus porriget pro suo interesse per Projectum.

6to Responsa ad eundem Ser^mum^ Czarum ex Stuba Nunciorum Equestris ordinis.

7mo Vacantiae ut distribuantur ante conjuctionem ordinis Equestris cum Senatu, sed hoc propositive tantum S^ae^ R^ae^ Maj^ti^ deferatur.

8vo Ut in oeconomiis non collocentur extranei, sed nationales, ac vel maxime in oeconomia Samboriensi D. Bluhmenthal non amplius permaneat, a quo multus injurias accepit Nobilitas in distributione salis, petitur.

9° Sigillum cubicalare, ut non amplius sit in manibus extranei, sed Poloni.

10°. Officia in Exercitu auctoramenti externi, ut non extraneis, sed Polonis bono loco natis, et suas possessiones habentibus tum et experientiam in re militari, conferantur.

11° D^no^ Przezdziecky Vexillifero Mozyriensi tanquam secretario legationis D^ni^ Dzyatynsky Palatini Culmensis ad Ser^mum^ Czarum, ut assignatio ad Thesaurum Reipublicae detur pro $\frac{20}{m.}$ florenorum; quoniam illa prior, quae ipsi in termino legationis data fuerat, in turbido deperiit, et nec minimum partem ex ~~aqui~~ assignata summa a Thesauro participavit.

12º Interesse D^ni^ Episcopi Plocensis concernens D^num^ Generalem Münch ratione combustionis Pallatii commendatur, ut recognoscatur satisfactio damnum patientis.

Die 16. Januarii.

Sessio duodecima

Mareschallus Equestris ordinis fecit relationem expostulationis suae apud Ser^mam^ Maj^tem^ in comitiis nunciorum, exprimens, quod S. R. Maj^tas^ omnia Desideria ordinis Equestris paterno affectu acceptare dignata sit, quodque easdem in duos classes diviserit, sc: aliqua ad sacratam suam personam pertinere, aliqua ad Rempublicam: quae ad se pertinere agnoscit, omnem Regiam facilitatem promisit.

1mo. Ratione subsistentiae militum Saxonum in Bonis Neoburgicis, nihil scivisse S^am^ R^am^ Majestatem compertum est. Nihilominus, ut debita satisfactio fiat pro praeterito coincidit S^a^ R^a^ Maj^tas^, et ut ad cognoscendas injurias et praetensiones commissarii destinentur tam ex parte S^ae^ R^ae^ Maj^tis^ quam Reipublica coram quibus injuriati querimonias suas deponant, et satisfactionem recipiant: in futurum vero, ut quam sufficientissime obviari possit S^a^ R^a^ Majestas ad paucos dies Deliberationi suae tempus reservat.

2do. Parari jam in Cancellaria Regni supplementum ad instructionem D^ni^ Palatini Masoviae, nec restare nisi ut quilibet desideria sua in projecto comportet.

3tio Ut in oeconomiis Extranei non sint, id ipsum S^a^ R^a^ Maj^tas^ desiderat, et in ordine ad executionem D^no^ Thesaurario curiae M. D. Litth. commissum dedit.

4to. Ratione bonorum in Litthuania possessioni P^is^ Menzikoff obnoxiorum signanter ratione capitaneatus Orsanensis tum interesse D^ni^ Poccilatoris Visnensis, nec non D^ni^ Suc Camerarii regni, et Capitanei Bobrusiensis S^a^. R^a^ ad plenam Rempublicam remittere dignatur.

5to. Ratione D^ni^ Bluhmenthal, ne oeconomiam samboriensem possident, nedum id sibi delatum esse, S^a^ R^a^ Maj^tis^ asseruit.

6to. Ratione combustionis Pallatii D^ni^ Episcopi Plocensis, quoniam praetensio per viam juris intentata est, ideo ibidem terminanda censuit: nihilominus insinuandum D^no^ Generali Münch curabit, ut rem per viam applanationis accomodet.

Post haec Dn. Princeps Radzuvil E ifer M. D. Litth. exprimens laesionem Domus suae in eo, quod quidam in conclave intulerint: pertinere ad Rempublicam ut decidat, cuinam successio et heridetas bonorum Neoburgicorum adjudicanda? Deducebat, neminem pro priorem heredem fuisse, et esse Domo Radzewilliana. Ad haec justificabant se nuncii Brestionensis Litthuaniae, quod, si quid in hac materia protulerint, se id non ad laedendam Domum Radzewillianum protulisse. Vexillifer Lomzensis ex occasione Processus de Choliwel in comitiis dijudicandi censuit, obviandum, ne Tribunalia de Bonis Regalibus tanquam Terrestribus cognoscere audeant.

Sub Camerarius cernensis censuit formari projectum constitutionem, qua bona Neoburgica tanquam Terrestria ab omnibus gravaminibus extraordinariis libera assecurentur. Quod vero attinet successionem sive hereditatem in iisdem bony, id credebat cognoscendum fore potius in forma iudicii quam consilii cum parte altera

Post haec soluta sessio in crastinum.

Die 17. Januaris

Sessio decima tertia

